


BIBLIOTEKA


Zakł. Nar. im. Ossolińskich


XVII

2719



2.674






CONCLV-
SIONES
THEOLOGICÆ,
DE VOLVNTA-
TE DEI.
Ex
SACRA DOCTRINA
ET SANCTIS.



LEOPOLI

In Officina Typographica Ioannis Szeligae,
ARCHIEPISCOPALIS Typographi.

Anno Dñi. 1631.



...EL LIBRO DE LA SABIDURIA
...LA SABIDURIA EN EL MUNDO

XVII - 2719 - III



ADMODVM RE-
VERENDIS PATRIBVS
PROVIN CIAE
RVSSIAE, ORDINIS
PRAEDICATORVM.

Fr. RAYMVNDVS M A-
DROWIC, Felicitatem.

 CCLAMATVM ILLVD
est, PATRES OPTIMI,
verba, esse notas rerum, ego au-
cem cuperem, vt ipsae res in thea-
trum prodirent, notis eeu picturis
quibusdam, personas tantum figu-
rantibus, in partem sepositis. Cu-
piuit id olim Magnus Augustinus, & abire voluit pi-
ctam eius effigiem, quem melius ex ipsomet nosse
poterat, dum ait t Ne putemus quasi consecratis so-
nis ita muniri veritatem, tanquam Deus nobis quem
admodum ipsam rem, sic verba quæ propter illum

sunt dicenda commendet cum potius ita res ser-
monibus proferatur, ut istos omnino querere non
deberemus, si rem sine his nosse possemus, sicut
illam quoniam Deus, & in eo Angeli eius. At enim
vero, cum unius mens hominis, alteri non nisi
per verba, statuas rerum personatas, fiat repanda,
ad illa concorrimus, ut per illa conueniamus,
idque quam breuiora. Quis enim ea multiplicare
contendat, nisi qui speculo uno integrum faciem
repräsentante contentus non sit, sed quod ei cene-
tentam quidem, at diminutæ obiectet staturæ.
Bene res fructibus, bene folijs verba comparata,
sed hyemem magis quam autumnum testimo gau-
dientem, quæ folijs omnibus cum autumno in se
sepultis, solo inoffensè ac expedite pascitur fructu.
Hinc nec ego in hoc exercitio meo quod vobis o-
VIRI DOC TISSIMI, humiliter offero,
nouis meis usus sum, sed antiquis Sanctorum, cum
& Seneca prudens dicat. conditio optima est uis-
timi, parata verba inuenit, quæ aliter instructa no-
uam faciem habent, nec illis manus iniecit tanquam
alienis, sunt enim publica, VOS VIVITE IN
AEVVM.

QVÆSTIO I.

Gen. 50. Num Dei possimus re-
sistere voluntati?

CONCLVSIO.

Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit , in
cœlo , & in terra , & in mari , & in omnibus
abissis . Domine Deus Rex Omnipotens , in
ditione tua cuncta sunt posita , & non est qui
resistere possit tua voluntati .

Psalmos:

134.

Et Hester

13.

S. Thomas i. p. q. 19 art. 6. Neces-
se est voluntatem Dei temper impleri. idem
q. 22. art. 2. Ordinem enim causæ par-
ticularis aliquid potest exire : non autem
ordinem causæ vniuersalis.

S. August. in Ench. ad Laur. exponens
illud Psalmi. Omnia quæcunq; voluit Do-
minus fecit. Quod utiq; non esset verum , si
aliqua Deus voluit facere , & non fecit : &
quod est indignius , ideo non fecit , quia ne-

ficeret quod volebat Omnipotens, voluntas hominis impedituit. Et lib. de corrept. & Gratia cap. 14 Non est dubitandum voluntati Dei qui in cœlo & in terra omnia quæcunque voluit fecit, & qui etiam illa quæ futura sunt fecit, humanas voluntates non posse resistere, quominus faciat ipse quod vult, quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult, facit. Et infra: sine dubio habens humanorum cordium quo placeret inclinandorum Omnipotentissimam potestatem.

S. Prosper in Epistola ad Ruffinum.
An dicendum voluntati Dei humanas obsertere voluntates, & tam feros, tamq; intractabiles horum hominum mores, ut Euangeliū ideò non audiant, quia prædicationi impia corda non pateant? Et quis istis corda mutauit, nisi qui finxit singillatim corda eorum? quis huius rigoris duritiem ad obediendi molliuit affectum, nisi qui potens est de lapidibus, Abrahæ filios excitare?
S. Hieronym: illud ad Ephes 1. Prædesti-

COROL-
LARIA.

3.

4.

nati se-

nati secundum propositum eius: exponit.
Prædestinatio & propositum simul posita
sunt, iuxta quæ operatur omnia Deus secu-
dum consilium voluntatis suæ, qui vniuer-
la quæ facit, consilio facit & voluntate,
quod scilicet & ratione plena sint, & pote-
state facientis. Nam homines plerumq;
volumus facere consilio, sed néquaquam
voluntatem sequitur effectus: illi autem
nullus resistere potest, quin omnia quæ vo-
luerit faciat.

Boetius lib. 4. de Consol. prosa. 6.
Fatum est immobilis dispositio, rebus mo-
bilibus inhærens. Et iterum, ab immobi-
libus prouidentia proficisciens, actus fu-
turaquæ hominum indistolibili
causarum connexione
astringit.

5.

QVÆ.

QVÆSTIO II.

Iob. 9. Quis restitit ei & pacem
habuit?

CONCLVSIO.

Isaie. 3. L I N G V A eorum & adinuentiones
eorum contra Dominum , ut irritarent
oculos maiestatis eius. Et Act. 7. Dura
cernice,& incircumcisí cordibus & aurib⁹,
vos semper Spiritui Sancto restitistis.

S. Thomas i. p. q. 19. art 11. Voluntas
Dei est vna , cum ipsa sit Dei essentia , quan-
doquè autem pluraliter significatur , ut cùm
dicitur : magna opera Domini , exquisita in
omnes voluntates eius , ergo oportet quod
aliqnando signum voluntatis pro voluntate
accipiatur. Ibidem. Præceptum diuinum
quandoquè metaphorice voluntas Dei di-
citur ; secundum illud Matthæi 6. Fiat vo-
luntas tua sicut in coelo & interra.

S. Aug. in Ench c. 100. Hæc sunt ma-
gna o

gna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius, & tam sapienter exquisita, ut cum Angelica & humana creatura pescasset, non quod ille sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creaturæ voluntatem, qua factum est quod creator noluit, impleret ipse quod voluit, benè vtens & malis tanquam summè bonus ad eorum damnationem, quos iustè prædestinavit ad pænam, & eorum salutem quos benignè prædestinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos pertinet, quod Deus noluit fecerunt, quantum verò ad Omnipotentiā Dei, nullo modo id efficere valuerūt. Hoc quippe ipso, quod contra voluntatem Dei fecerunt, de ipsis facta est voluntas Dei.

S. Prosper. lib. 1. de vocat Gent. c 3.
Iudicium voluntatis depravatum est non ablatum.

S. Bern. libr. de Gratia & liber. arbitr. Est verò ratio data voluntati, ut instruat illam non destruat, destrueret autem si necessitatem ei imponeret.

Item S. Aug. lib. de prædest. & Gratia

3.
COROL.
LARIA.

4.

5.

c. 15. Nabuchodonosor pænitentiam mes-
ruit fructuosam. Nōne post inumeras im-
pietates flagellatus pænituit, & regnum
quod perdidera rursus accepit: Pharao
autem ipsis flagellis est durior effectus &
perijt? Hic mihi rationem reddat, qui di-
uinum consilium nimium alto sapientiæ
consilio dijudicat, cur medicamentum vni-
us Medici manu confeatum, alij ad interi-
cum, alij valuerit ad salutem? nisi quia
Christi bonus odor, alijs est odor vitæ in vi-
tam, alijs odor mortis in mortem. Quātūm
ad naturam, ambo homines erant: Quan-
tum ad dignitatem, ambo Reges: Quan-
tum ad causam, ambo captiuum populūm
Dei possidebant: Quantum ad pñam,
ambo flagellis clementer admoniti: Quid
ergo fines eorum fecit esse diuersos? nisi
quod unus manu Dei sentiēs in recorda-
tione propriæ iniqüitatis ingemuit:
alter libero contra misericor-
dissimam Dei volūnta-
tem pugnauit ar-
bitrio.

QVÆ

QVÆSTIO. III.

Ad Roman 9. Nunquid iniq[ue]itas
apud Deum?

CONCLVSIO

DE V S fidelis est & absque vlla iniq[ue]itate. Deut: 30
Et Habacuc 1. Mundi sunt oculi tui ne vi-
deas malum, & respicere ad iniq[ue]itatem
non poteris.

S. Thomas 1 p. q. 19. art. 9. Deus igitur nequè vult mala fieri nequè vult mala non fieri, sed vult permettere mala fieri, & hoc est bonum.

S. Gregor: Hom 9. in Ezech: Sed sciendum, quod mala nostra, solum modo nostra sunt, bona autem nostra, & omnipotentis Dei sunt & nostra. 1.

S. Chrysost. hom. 8. in 2. Timot. c. 3. Scias Deum omnia gubernatione sua moderari, omnibus rebus prouidere, & alia quidem ipsum per se efficere, alia vero

B ij

fier

fieri permettere, nihiquè mali velle fieri.
 Bona omnia ex voluntate nostra & illius
 adiutorio proueniunt, nihilquè ipsum late-
 re: omnia autem mala à nostrâ proficiisci
 voluntate. Et Hom. 23. in act Apost. Nul-
 lis dicat Deus nobis author malorum est.

4. SACRUM CONCILIO TRIDUUM SESSIO VI
 Sacrum Conc. Trid. Sess. 6. Si quis di-
 xerit, mala opera, ita ut bona Deum ope-
 rari, non permissuè solum sed etiam pro-
 priè & perse, adeo, ut sit eius proprium o-
 pus non minus proditio Iudeæ, quam voca-
 tio Pauli, Anathema sit.

5. S. LEO PAPA SERM: 16. DE PASSIONE DOMINI
 Nunquid iniq[ue]itas persequentium Chri-
 stum, ex Dei est orta consilio? & illud fa-
 cinus quod omni maius est criminis, manus
 diuinæ præparationis armavit? non hoc
 planè de summi iustitiâ sentiendum est.

6. S. FULGENTIUS LIB: 1 AD MONIMUM C. 13.
 Potuit sicut voluit prædestinare quosdam
 ad gloriam, quosdam ad pœnam, sed quos
 prædestinavit ad gloriam, prædestinavit ad
 iustitiam: quos autem prædestinavit ad
 pœnam, non prædestinavit ad culpam. Pos-
 set enim

COROL
LARIA

set enim peccatum aliquod ex prædestina-
tione Dei esse, si posset aliquis hominum
iustè peccare. Nullus autem hominum iu-
stè peccat, quamvis eum D E V S iustè
peccare permittat. **E**t c. 21. si enim
cum à Deo fieret homo, sic erat in præsen-
ti opere Dei bonus, ut in prædestinatione
eius esset malus: procul dubio Dei opere
malus futurus erat, à quo ad peccandum
prædestinatus fiebat: ubi statim illa conse-
quetur absurditas, ut dicatur, quia Deus
(de quo Propheta dicit: Qui fecit, quæ
futura sunt) in se habuit, quod absit, iniungi-
tatis originem: si hominem à se factum
ipse prædestinauerat peccatorem. Præde-
stinatio enim eius, præparatio est operis ei.
Et sicut competit Deo bono, ut causa
sit totius operis boni, sic incon-
gruum est, ut imputetur
causa cuiuslibet
mali.

QVÆ.

QVÆSTIO. IV.

Ezechias. Nunquid voluntatis meæ
est mors impii?

CONCLVSIO

Iac. I. Nemo cum tentatur, dicat quoniam tentatur à Deo: Deus enim intentator malorum est. Et Eccl: 15. Non dixeris; per Deum abest: quæ enim odit ne feceris. Non dicas, ille me implantauit, non enim necessarij sunt ei homines impij.

S. Thomas. i. p. q. 19, art. 9. Malum culpæ quod priuat ordinem ad Bonum diuinum, Deus nullo modo vult.

S. Prosper. lib de vita contemp c. 19. Et mihi quidem videtur, quod non ederet de ligno prohibito, nisi concupissent, nec concupissent, nisi tentati: nec tentaretur, nisi deserteri: nec deserterentur à Deo, nisi ipsi prius deserterent Deum: nec deserterent Deum,

nisi superbirent, & similitudinem Dei miserabiliter appetissent.

Decretum Gratiani dist. 26. c. Nasci ex S. Hieronimo. Esau de Rebecca & Isaac genitus, Hispidus tam mente, quam corpore, quasi bonum triticum in lolium aequaliter degenerat: quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est atque virtutum.

S. August lib. contraria Fandom c. 5. Et nos sub fato stellarum nullius hominis genesisem ponimus, ut liberum arbitrium voluntatis quo vel bene vel male vivitur, propter iustum iudicium Dei, ab omni vinculo necessitatis vindicemus.

S. Chrysostom: Hom: 6. in 2. Tim: c. 2. Si quis igitur emundauerit scipsum, erit vas in honorem & sanctificationem, vides, ut non naturae carnalisque necessitatis sit, aureum aut simile vas effici: sed nostrae ipsorum voluntatis, idque dum hic sumus in hac vita: ibi enim neque simile vas aureum fieri potest, neque hoc item in illud commutari; at vero dum hic sumus magna huius

3.

4.

COROL
LARIA

5.

immuta


88

immutationis , & emigrationis facultas vo-
lenti datur. Vas erat fictile Paulus , & eu-
sat in aureum : Iudas vas fuit aureum , sed
in fictile conuersus. Et ad mentem S. Chrys-
ost: Sokotouius in cen. ura orientali. c. 19.
At dicet quis , melius fuit longe inuitu etiā
pertrahi. Apage verò cum ista tua oratio-
ne : neminem vi adigit , neminem cogit
Deus. Nemo enim ad honores , nemo ad
coronas , nemo ad conuiua & Panegyres ,
ac solennitates quenquam nolentem vi co-
git : nemo inuitum & quasi catenis vinclu-
trahit : hoc enim non honorantis est , sed
contumeliam afficientis. In gehennam mittit
ille inuitos , in regnum potro cœleste , volé-
tes atq; currentes inuitat.

Disputabuntur publicè L E O P O L I , in Eccl
SS. Corporis Christi. Defendant R. P. F. Ray-
mundo Madrowic , S. Theologiae Lectore
Anno Dñi. 1631. die 21. Iannarij
horis pomeridianis.



88



3150

8988
6

